Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Quia feruor caritatis quo magis cooperit abundat. eo amplius
immo eia extinguit multitudinem peccatorum. Dicat igitur antiqua illa
congregatio iustitiae adventum incarnationis suae auctoris videre deside
rans dicat. Ibi me docebis. et dabo tibi poculum ex uino condito. et
mustum malorum granatorum meorum. Ac si aperte protestet. ibi idem ipso in
tempore et loco in quo te foris inuenero et alloqui meruero. et tu
mihi ea quae filium dei in homine hominibus apparentem decet manda
ta proferes ac dona. et ego tibi famulatum integri cordis eum quem uere do
debes impendam. qa numerum adventus eius quia laboranti in aduer
sis mundi ecclesiae requiem celestem. et interim uispe et in futuro lar
gitur. inde recte illa subiungit. Laeua eius sub capite meo. et dextera
illius amplexabitur me. Per laeuam quippe eius sacramenta incarne
aeternae eius dona designat. Per dexteram uero ea quae in futuro per
piuum electis praemia figurantur in quibus non solum uisio diuinae maiestatis
sed et gloria et clarificatio humanitatis unus eiusdem mediatoris dei et
hominum. Unde bene laeua eius sponsa sub capite suo ponit. dextera
autem se illius amplexari desiderat. ut et nunc praesentia eius sub
sidia a mundi perturbatione quiescat. et tunc manifesta ip
sius uisione perpetuo fruatur. et quidem etiam sancta requiem nullus
umquam turbo interponet. Unde recte dicitur. et dextera illius am
plexabitur me. qa numerum diuinae praesentiae maiestatis undique
suos celesti in regno circumdet ne aliqua felicitatem do
dignam et memoria miseriae uiolet et metus finis an
gustium. Unde in apocalipsis iohannes. Et abster
get deus inquit omnem lacrimam a oculis eorum et mors non erit
amplius neque luctus neque clamor neque dolor erit
ultra quae prima abierunt. Et iterum. Et nox ultra non
erit et non egebunt lumine lucernae neque lumine solis quo
dnus deus inluminat illos et regnabunt in secula seculorum. At uero
ea quae fidelibus in praesenti concedit requies perfecta esse nequa
quam potest quia nec diu antiqua inimica destructa est
mors. Unde fit ut plerique felice bonorum quies et quasi sopor
gratissimus qui interna diuinis rebus mentem eorum huic mun
do uelut insensibilem facit impiorum turbet incursibus. Eorum
uidelicet qui felicissime dormitionis ignari uigilare po
tius in mundi labentis amore esuerunt. atque uana soli